

De fide.

7

initium salutis timor Domini, & plenitudo legis Caritas. Quemadmodum ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia nascitur amor, sic econtra-
rio de ignorantia tui, superbia, ac de Dei ignorantia
venit desperatio. Sextus est timor filialis, quo quis ti-
met offendam Dei, quia non vult separari a Deo. Per-
fectus hic timor in dilectione firmatus foras mittit
timorem seruilem, & perfectam operatum iustitiam.
Sed facile deuiciat iustitia, qui in causis non Deum,
sed homines pertimescit. Hic timor peccandi facul-
tatem auferre potest, volutatem auter non potest.
Sonus est timor Dei & filialis, qui metes corrigit, fu-
gat crimina, innocentiam seruat, & perpetua tribuit
felicitatem. Septimus est timor reverentiae, qui solus
erit in patria, de quo in Psalmo canitur. Timor Do-
mini sanctus permanet in seculum seculi. Reveren-
tia namq[ue] est recitatio a considerata magnitudine Dei
in propriam paritatem. Quum enim superinnotum
spiritus efflentiam Dei simplicissimam, omnipotens
eternam, nullius gentem, omnia replentem,
scientem, continentem, & transcendente compi-
cunt, pra admiratione ac veneratione tremunt, &
adorant, quem tamen sine fine laudabilem & adorab-
ilem esse intelligunt. Hic est finis sine fine, & terminus
quo gradatim ascendit timor Domini immacu-
latus, & lanctus, procedens a virtute fidei tanquam
truncus a radice. Nemo enim sane intelligenti ambigere debet, quin ex cognitione periculi generetur
timor, & quod nihil timet qui nihil possidet, aut spe-
rat. Et quem constet, quod fides est de re inutilibili,
clare lucet, quod ex lumine fidei oritur timor. Quo-
modo non pauebit homo ex illustratione fidei edo-
ctus, infra se esse pectus damnationis aeternam, & su-
per se claritatem vita perpetua, sequente in medio con-
stitutum, praecepit quum facilis sit delensus, ascen-
sus autem plurimum difficultis. Merito namq[ue] qui ad-
dit scientiam fidei, addit timorem ne amittat bonum
promisum, aut incurrit in paenam propositam. Bea-
tus igitur cui est donatum timere Deum, & in man-
datis ipsius yelle nimis, quia re vera potens in terra
viuentium erit semper eius. Gloria quippe resurrec-
tio, immortalitatis & speciei decorabit taberna-
culum corporis eius, & diutina pacis, exultationis, &
eternae felicitatis in domo conscientiae ipsius erunt,
sed & iustitia operum illius manebit in seculum seculi.
Hunc Domini timorem fratres tenete, hunc si
ad culmen virtutum anhelatis pertingere, lectamini.
Quia in veritate comperi, nihil tam esse efficax ad
acquiringandam virtutem, ad promerendam gratiam,
retinendam, recuperandamque, & ad adipiscendam
gloriam, quae si inueniamur coram Deo semper am-
bulare simpliciter, & non altum sapere, sed ipsum ti-
mere, qui regnat in celis.

D E V I R T U T E F I D E I , Q V A E
v i s i b i l i u m v a n i t a t e m , a c i n v i s i b i l i u m h o m i n i e f-
f i c a c i t e r o s t e n d e r e v e r i t a t e m , a t q u e d e i p s i s v i r t u t i s
d e s c r i p t i o n i b u s , q u a e v i r t u t u b o c o p u s c u l o L i g n i v i t a
e i u d e m l i g n i r a d i c i s e f f e c t u m g e r e r e c o m p r o b a t u r .

C A P . I .

Psal. 12.



Llumina oculos meos ne vnguam ob-
dormiam in morte, ne quando dicat ini-
micus, prauulii aduersus eum. Hanc ora-
tionem protulit Propheta in persona om-

nium peregrinantium a Domino, & in hac religione
vimbæ mortis laborantium, polcentum illuminari,
ne cadant in peccata, & ab iniunctis subflannentur.
Nihil plane melius, nil breuis, quam lumen flagita-
re potuit, præsertim se in tenebris intelligens. Donec
enim in corpore constituti lumen plurimum tenebra-
rum vinculis irretimur, quibus verum aeternumque
lumen ne videamus, impeditur. Quid namque pec-
catum dixerim, nisi tenebras, per quod intellectus
nostrus obtunditur & obumbratur, ne veritatis lu-
men aspiciat. Quid carnem & corpus, nisi caliginem
opacissimam nuncupauerim, in quo donec rationa-
lis spiritus detinetur, retrahitur ab aspectu diuina
claritatis & gaudij, quantumcunq[ue] pollicar sanctitate.
Quidve hic mundus, & omnia qua in mundo
sunt, appellari possum rectius, quam tenebra, quam
quam emm alter iudicentur ab ipsorum amatoribus,
vera tamen tenebra sunt, & palpabiles. Offen-
dunt enim se esse, quod non sunt, & talis suis pollici-
tationibus insipientium deludent animos. Trahant
illos post se funicula vanas spei, & irrationalis se-
curitas. Promittunt felicitatem, prolixam vitam,
& in extremis misericordiam, quum hac nequa-
quam conferre queant. O filii hominum graues cor-
de, vt quid tanta auditas ambitionis huc, tantaque se-
fulitate hac queritis. O prævaricatores, reuerterni
ad cor, intelligite non intelligentes, quia omnes
mundi promissiones seductoria sunt, omnes blandi-
tia venena, cunctæ delectationes pocula mortalia,
viaque illus semper paterna mors. Cui nanque suo dile-
ctori dedit quod promisit, quem diu regnare permit-
tit. Nonne uno eodemque tempore sublimavit, &
deiecit. Vbi (rogó) potentum gloria, vbi varius supel-
lex, deaurata vestis, clientum numero itas, diuitia-
rum multitudo, & odoramentorum diuersa genera.
Nunquid profuerunt hec amatoribus seculi, aut ab
exitio eripere valuerunt. Transtulerunt cuncta, & alie-
nis reliquerunt, que cum magno labore congrega-
uerunt. Dormierunt utique somnum suum, & nihil
inuenierunt omnes vii diuitiorum in manib[us] suis.
Quare hoc non aduerteris, cui aliorum exemplis
non erudimini, vt quid pereunt casus non incu-
tit vobis terorem. An legem novam seruabit in vo-
bis, & verax esse poterit, qui semper comprobatus
est fallax. Recepitque o insipientes, redite ad vos, re-
cogitate de vobis, ne forte rapiamini, & non sit qui
eripiat. Veniet, et extrema dies, quum non putat-
is. Veniet & horrenda mortis hora, in qua rugient
circum aduersari vestri maligni spiritus, qui nunc
seducunt blandis promissis, vt miseram animam
vestram auferant, & secum inextinguibili igne cru-
ciandam demegerint. Circumspectis, nec erit qui
adiuuet, clamabitis, & nullus exaudiens. Flet super vos
colum aeneum, & super vos apertetur teter rimus
chaos abyssi. Peribit tunc omnis spes, & quoniam
exofam habuisti disciplinam, non poteritis libera-
ri. Propterea nunc dum tempus est venit oculi am-
atores, apprehendit disciplinam, eruditini, qui
habitatis orbem, reputate haccyanum mundi huius, que
aut concupiscentia carnis aut oculorum, aut vita
ambito est. Contemnite vniuersalia, quia lacu[m] sunt
peccibus peccatorum. Relinquite qua in mundo sunt,
antequam ab ipsis deferamini. Totu[m] desiderio adi-
nitib[us] animu[m] subleuate. Vociferamini, & clamare.

a 4 Orate